ad eadem omnia inscribit et obligat præsentibus illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes Causæ eiusdem Terminos semper peremptorios Vera Infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra Vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad evictorem Vel alijs quibusuis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo Ad quietationem præterea ultra proximos Officij præfati Castrensis Capitanealis Prasmysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo, ac præmissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus, suspensionibus fatalis Iuris præscriptione Terrestri, bello, Conventioneque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis evadendo Hac sua præsenti personali Recognitione ad præmissa omnia mediante.

Feria Sexta post Dominicam Exaudi proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo. 23/V

294

Bilinski Tarasowicz Consorti suæ Centum florenos in vim dotis Reformat.

Coram Officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Prasmysliensibus personaliter Comparens Nobilis Lucas Bilinski Tarasowicz olim Devoti et Nobilis Andreæ Bilinski cum Nobili Anna Czaykowska Consorte eius legitima procreatus Filius sanus mente et corpore existens à Terris Districtibus Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, præsenti vero Castrensi Capitaneali Prasmysliensi Iurisdictioni quo ad actum modernum attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice, ac perexpressum recognovit. Quia ipse Nobili Marinæ sui Recognoscentis Consorti legitimæ eiusque posteris Summam Centum florenorum polonicalium Super tota et integra medietate Omnium generaliter bonorum suorum Mobilium et immobilium summarumque quarumuis peccunia:

2180

narum ratione Veras dotis et expeditionis post ipsam acceptas et in domum sua importatas, Tum et aliam parem summam Centum florenorum polonicalium ratione certi Veri iusti et liquidi dotality in et super tota et integra medie tate Omnium et singulorum bonorum suorum hereditariorum et Obligatoriorum mobilium et immobilium ac summarum quarumvis pecuniariarum tum Auri argenti, Clenodiorum, Vestium Vestimentorum, pecorum pecudum Equiceas ac to tius Supellectilis domesticae nunc habitae et in post habendae dat dotat dotalitiat, inscribit, et Reformat Quam quidem medietatem Omnium et singulorum bonorum suorum eadem Consors sua cum omni eorundem bonorum Iure Dominio, et proprietate Omnibusq et singulis Vtilitatibus Fructibq Prouentibus Redditibq Commodis emolumentis Obuentionibus attinentisq et pertinentiis generaliter Vniuersis Nihil excipiendo tenebit habebit et possidebit, illisq quiete et pacifice Vti fruetur more ac Iure aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno Obseruari solitarum.

Actum in Castro Præmysliensi Feria Quarta post Festa Solennia Sacri Pentecosten proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo.

28/v

290 Burkacka Gnosos Rosteckie Quietat.

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensis personaliter Comparens Honorata Anna Burkacka Honorati Francisci Burkacki Incolae Praemysliensis Consors legitima cum eiusdem Mariti sui Vti Tutoris Coniugalis atque Famati Mathiae Zdechlikowicz Ciuis et Scabini Iurati Praemysliensis personali assistentia et ultroneo ad infrattae recognoscenda consensu Sana mente et corpore existens Foro suo quouis proprio et competenti omisso et Iurisdictione sua quauis propria post habita praesenti uero Iurisdictioni Castrensi Capitaneali Praemysliensi quo ad actum modernum attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter